UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Liduuina V. S Tib Val. & Max. M. S. Fronto Ab. 14 Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S Liduuina V. S Tib Val. & Max. M.
S, Fronto Ab. 14 Apr.

Auxilium animarum Def.

Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur, Mach. 2.

Deus qui nos annua *B* Liduuinæ V. T (BB. MM. Tiburtij Valerij & Maximi: B. Frontonis conf. ſolemnitate lætificas: da ut quos veneramur officio etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo, Per Dom. n *I*eſum Chr. &c.

Ora pro defunctis &

1. S. Luiduuina V. Schiedami in Hollandia mirâ patientiæ, & eadem cum Chriſto Sponſo ſuo patiendi deſiderio, celebrata, plurima Domini tormenta meruit guſtare Multos annos ſine cibo & potu tranſegit, ſecretorum cæleſtium apertione tanquam cibo nutrita, donec A. 1433 ad clare videndum, quem in ænignate dilexerat ſuper omnia, migravit.

2. SS. Tiburtius & Valerianus MM. ſub Alexandro Imp. B. Cæciliæ opera conuerſi ad Chriſtum, & à S. Vrbano Pp. baptizati, ob fidei confeſſionē fuſtibus cæſi gladio percusſi ſunt. Maxim⁹ vero horũ vſa conſtantia & Angelica viſione firmatus, plũbatis cæſ⁹ breuem vitam Deo conſecrauit.

3. B. Fronto Eremita & Ab. cũ 70. ſocijs Deum etiã in deſerto & inuio patrē prouidũ ſenſit, cũ Angeli monitu diues 70. Camelis cõmeatum ignarus locorum apportauit.